

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

¶ Et si fuerit caput in geminis significat infirmitates veteras diuitibus et magnatibus et accidet hoc ex causa ventorum et tremotuum et prauarum fumositatum terre et casu bellorum inter mediocres homines et diuites seu nobiles atque magnates: et casum vermium in arbores. ¶ Si autem fuerit ibi cauda significat quod exaltabunt rustici et calcitrabunt et salient contra regem et quod deludent eum: et insurgent contra milites atque diuites eius siue vicarios. ¶ Et si apparuerit ibi aliquod ex stellis indirecto eius significat apparitionem in lasciuie atque fornicationis et incestus veneri cultus



in hominibus et deiciunt religiosi et deo seruientes et vilipendent. Et si apparuerit in partibus orientis erit velocius opus eius: et si apparuerit in partibus occidentis erit tardius

¶ Et si fuerit caput in cancro significat bonitatem operum regum erga rusticos et populares et largitate eorum erga eos et quod colligent regis substantiam et postquam fuerit collecta in locis suis disperget eam. ¶ Et si fuerit ibi cauda significat multitudinem pestilentie et mortalitatis atque mortes subitaneas et fornicationes et abusus cultus veneri et paucitatem iusticie: et fractionem ac perdicionem census: et destructionem domorum substantiarum et mutationem diuitum ac magnatum de loco in locum et eorum peregrinationem et malum esse magnarum operationum suis manibus et scriptorum et aliorum significatorum mercurij. ¶ Et si apparuerit ibi aliqua stella ex cometis significat multitudinem locustarum destruentium messes: et casum vermium in frumentum et in arbores ac paucitatem frugum et multitudinem vermium in eis. Et si apparuerit in partibus orientis erit citius opus eius. Et si apparuerit in partibus occidentis erit tardius opus eius et significat bonitatem regum in rusticis et pietatem eius super eos.

